

**MAGNI OPERIS || DE OMNI=||BVS GERMANIAE ||  
EPISCOPATIBVS || EPITOMES:||**

CONTINENS ANNALES || Archiepiscopatus MOGVNTINI ac duodecim ||  
alioru[m] Episcopatum, qui Moguntino Suffra=||ganeatus titulo subsunt:  
Item BABEN=||BERGENSIS Episcopatus, ab || omni iugo Archiepiscopali ||  
exempti.||

**Brusch, Kaspar**

**Noribergae, 1549**

**VD16 B 8782**

Decimvm Qvintvm, omnes Babenbergenses.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64715](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-64715)

**CAPUT DECIMVM**  
quintum de Episcopatu Babenber-  
gensii nobilissimo ac omni-  
bus eius gubernatoribus  
ac præsulibus,

B A B E N B E R G E N S I S Episcopatus  
longe amoenissimus ac nobilissimus, ad Pegna-  
sum & Moenum, non incelestes annes, in Francia  
orientali situs: fundatus & institutus est anno incarna-  
ti uerbi 1007 ab Imperatore Henrico II. Bauarorum &  
Saxonie duce, quem propter summam uitæ integritas-  
tem Sancti cognomento Ecclesia honorauit: ab eius  
item honestissima coniuge, Diua Chunigunde Rheni  
Palatinissa Sigefridi filia laudatissima Imperatrice &  
quæ æternam cum marito pudicitiam & castitatem le-  
gitur conseruasse. Ab his ipsis Diuis, fundatore Hen-  
rico & fundatrice Chunigunde, inchoatum est etiam  
ac liberalissime donatum Magnificum Montis mona-  
chorum cœnobium ordinis ac professionis Diui Bene-  
dicti in uicino ac longe amoenissimo colle situm: San-  
cti item Stephani Canonicorum amplissimum colle-  
gium. Subdidit huic Episcopatu Diuis Henricus Im-  
perator multa preclara & amplissima monasteria: mul-  
tos item amplissimos comitatus, quorum gubernatores

Hh 4 feuda

## CATALOGVS EPISCOP.

feuda sua à Babēbergēsi Episcopo petere tenentur. Fe  
cit item immunem ab omni iugo Archiepiscopali : ita  
ut in omnibus cauſis ac processibus non aliter quām  
Archiepiscopus aliquis in sua Dioceſi procedere so  
leat antistes Babenbergius. Donauit eandem ſuam Ec  
clesiam plur. mis ſanctorum reliquijs : & mortuorum  
diuorum integris corporibus, imprimis uero uexillo  
fortiſimi equitis S. Georgij, quod ſemper summa ue  
neratione in maximis Imperij bellis ab Imperatoribus,  
Regibus ac principibus Germaniæ cultum, & in ſuma  
mo precio eſt habitum. Conſtituit amplius D. Henrī  
cus Imperator, ut ſeculareſ quatuor ſacri Romani Im  
perij Electores, feuda Electoratus ab huius Ecclesiæ  
Pontifice, ut Vasalli à ſuo Directo Domino petere &  
accipere neceſſe habcant. Quod inſigne & longe am  
pliſſimum priuilegium uulgo Sericatum Diuæ Chuni  
gundis filium appellant, quo laudatiſſima Imperatrix,  
uera Ecclesiæ nutrix, Babenbergenſem ſuam Dioceſi  
fin & Eccleſiam uoluit eſſe, quaſi fortiſimo muro, &  
inexpugnabili propugnaculo cōmunitam. Super hæc  
omnia beneficia etiam hoc adiecerunt : Dederunt Ec  
clesiæ Babenbergenſi inſignem prouinciam ac ditio  
nem in Charinthia ſitam, arces uidelicet, oppida &  
pagos. Eius prouinciæ feudis & regalibus à Romano  
Imp. inuestiri ſolet. Huius ampliſſimi Episcopatus gu  
bernatores, Præfules ac ſummi antiftites fuerunt ad hoc  
noſtrum uſq; ſeculū: quos hic breuiter ſubiunximus.

Eber

1. EBERhardus pius & relligiosus uir, eligitur primus Episcopus Babenbergensis Ecclesiæ anno Domini 1007 à S. Henrico II. Imp. Aug. eiusq; coniuge Diua Kunigunde. Præfuit is fideliter ac laudatissime annis triginta quinq;. Deceßit ex hac lachrymarū ualle, anno Christi 1041, decima tertia Augusti. Sub huius gubernatione construitur & fundatur anno domini 1009 ab iisdem Sanctis fundatoribus Ecclesiæ Bambergensis Benedictinum monasterium Montis monachorum, cui Imperator præfecit primum Abbatem Rapathonem, anno domini 1015. Sub eiusdem gubernatione, habita sunt anno domini 1020 amplissima comitia Babenbergæ ab Imperatore Henrico secundo: in quibus consecrari fecit Imperator constructam & suis sumptibus ex ædificatam magnificentissimam summam urbis Basilicam à Pontifice Maximo Benedicto octauo: quod factum est præsentibus omnibus totius imperij statibus. In ea Basilica Cathedrali, postea magnifico Mausoleo depositus est post fata, Imperator Henricus cum S. Khunigunde thori consorte. Id sepulchrum Augustissimum & ferreis cancellis pulcherrime cōmunitum in media ferè Ecclesia, hodie adhuc summa omnium hominum reuerentia inuisitum.

2. SVIDEGERVS alijs Suiggerus, & iterum alijs Sindegerus, Saxo S. Henrici Imperatoris Cancellarius, uir eximia doctrina, sapientia & uirtute præditus: constituitur secundus Episcopus Ecclesiæ

Hh 5 Bama

## CATALOGVS EPISCOP.

Babenbergensis, anno domini 1041. Præfuit summa cū laude annis quatuor. Et cum eodem tempore grauissimum esset Schisma in Ecclesia Romana, cui simul præerant tres pontifices capitalibus odijs inter se dissidentes & concertantes : ex authoratis istis tribus, & è Roma eieclis omnibus, Hic Suidgerus Episcopus Babenbergenis, ab Imperatore Henrico Nigro, summo pontificatui et Ecclesiae Romanæ præficitur, anno incarnati uerbi 1047. Sedit is Romæ mensibus nouem tantum, non iam amplius Suidgerus, sed Clemens secundus appellatus, obiit anno 1048 non sine suspitione porrecti ueneni. Reuehitur honorifica pompa fune bri Babenbergam, & ibi in summa Basilicæ principali choro, honorificentissime sepelitur. Dedit Ecclesia suæ Babenbergeni magnificum Priuilegium, quod magno operi nostro inseretur.

3. HARDOVIDVS alibi Hezelinus & Hazchinus dictus : ex Imperatoris Henrici tertij Cancellario, tertius antistes Ecclesiae Bambergensi præficitur à domino suo Imperatore, anno domini 1047, præfuit annis septem, obiit anno 1054. Annaliū scriptores uulgo infamem cū uocant, causam tamen ubiq; prætereunt.

4. ADALBERO comes Pogensis, Bauarus, Conradi secundi Imperatoris è sorore nepos. Eligitur in Episcopum Babenbergensem Oetingi in Bauaris, in ipso Natali domini: anno 1054. Præfuit prudenter & fideliter sex annis et aliquot mensibus, obiit anno 1060.

Sce

Sepeliuntur omnes Babenbergæ in summa Basilica.

5. GVNTHERVS vir eloquentissimus ac multarum linguarum cognitione illustris: eligitur anno gratiae 1050. Praefuit sex annis utilissime. Profectus est anno domini 1064 cum Sigefrido Archiepiscopo Moguntino et multis alijs Germaniae Ecclesiasticis et secularibus principibus ad terram sanctam, ubi contra grassatores quosdam fortiter ac magnanimitter dimicavit. Inde domum reditus cum in Charinthia uenisset, ibi morbo correptus aliquadiu decubuit, et tandem etiam occubuit anno 1066. Recuehitur Babenbergæ et honorifice ibi depositus terra parenti redditur.

6. HERMANNVS alijs Ricimannus, Sigefredi Archiepiscopi Moguntini prius Vicetenens, consuetus Episcopatum Bambergensem anno domini 1066 praefuit annis ferè decem. Exauthoratur anno domini 1075, et excommunicatur à Gregorio septimo, propterea quod non intrasset in ouile hoc Dominicum per ostium legitima uocationis, sed per clandestinos cuniculos Simoniacæ prauitatis. Erexit is ac liberalissime donavit S. Iacobi Ecclesiam collegiatam in suburbio sitam. Ingressus est monasterium Schwartzachianum Francie orientalis, in quo cum naturæ tandem debitum exoluisset, honorifice sepultus, ac terra parenti redditus est, in facello D. Benedicti.

7. RVPERTVS uel Robertus, praepositus Gosla riensis in Saxonibus, et Henrici Regis intimus consiliarius, designatur Episcopus anno 1076. Praefuit fideliter

## CATALOGVS EPISCOP.

¶ optime annis uiginti sex. Obiit undecima Iulij,  
Anno Christi 1102. Sub huius gubernatione conflagra-  
uit prima Cathedralis Basilica Babenbergensis in ip-  
sa Vigilia dominicæ resurrectionis, anno à nato Chri-  
sto, Millefimo octuagesimo secundo: quæ à sequen-  
tibus Episcopis magnificentius est & pulchrius erat  
etiam quam unquam fuisse antea.

8. S. OTHO Bauarus, Bertholdi comitis Ande-  
censis, ac dominæ Sophiæ ducissæ in Amberana ualle  
filius, natus anno domini 1069. Henrici quarti Cancella-  
rius, Henrici V facellanus: eligitur & confirmatur in  
octauum antistitem Babenberensem, anno gratiæ 1102  
anno ætatis sue tricesimo tertio. Consecratur à Pascha  
li secundo P. M. Anagniæ in festo Penthecostes, ad quæ  
legatus cum alijs Germaniæ Archiepiscopis & Epis-  
copis missus erat ab Imperatore Henrico quarto, pro-  
impetranda Henrici V coronatione. Præfuit pie, pru-  
denter & utilissime annis triginta septem: appellabas-  
tur propter singularem modestiæ ac humanitatis lau-  
dem cognomento humilis. Conuerit ut uerus Episco-  
pus fidcliter concionando & docendo ad Christi notis-  
ciam ac professionem Pomeranos anno domini 1140.  
Inde hodie adhuc Pomeranorum Apostolus dici solet.  
Rediit ex Pomerania Babenbergam, anno domini 1115  
in Vigilia Resurrectionis Dominicæ. Fundator ac ins-  
taurator multorum cœnobiorum, Prisenningensis su-

pra

pra' R'lisbonam ad Nabi ac Danubij cōfluentes siti,  
quod condidit anno domini 1109. MICHEL=  
densis quod construxit anno domini 1119 prope Auer=br/>bacense oppidum, sex ab urbe miliaribus. FONTI=VM item salutarium cœnobij amplissimi anno domi=ni 1132. BANTENSIS ad Mœnum inter oppida Li=chtenselsum & Staphelsteinum siti, quod collapsum  
anno domini 1127 denuo instaurauit. MONTIS item  
monachorum quod in honorem S. Michaelis olim ab  
Imperatore S. Henrico inchoatum & liberalissime do= natum, iam uero monachorum negligentia & incuria  
ruinosum non solum reædificauit, firmauit, ac magnifi=centissime illustrauit, anno domini 1117: sed et in eo  
habitauit. Obiit anno ætatis suæ septingentesimo: an=no uero à Natali domini 1139. Sepelitur in monte mona=chorum ante aram maximā chori honorifice. Intestina  
in sacello D. Virginis, sub ara S. Catharinæ terræ  
sunt reddita. Leuatus est de tumba & in honorificū  
Mausoleum depositus, in Diuorumq; numerum rela=tus, cum Clementis Pont. Max. consensu, anno 1139.

9. EGILBERTVS successit Episcopo Othoni  
anno 1140. Praesuit sex annis, Sub eo Canonizatus est  
S. Henricus, fundator Babenbergensis, anno domini  
1145. Decessit Episcopus anno sequente.

10. EBERHARDVS dux Bauariae eligitur ans=ano 1145. Sed sit ad Episcopatus clauum annis 26, obiit  
decima septima Iulij anno 1178.

HER-

## CATALOGVS EPISCOP.

ii. HERMANNVS Marchio Misnensis, Conradi filius. eligitur anno 1171. Praefuit quinq; annis, obiit iunij, anno domini 1177. Sepelitur in monialium coenobio ad S. Thedoram à domina Gertrude Palatinissa huius Episcopi sorore fundato, ac liberalissime dota. Hunc Episcopum alij Marquardum uocant, & Abbatem Fulensem prius fuisse scribunt.

ii. POTHO alijs P OPPO, cognomento largus dux Meroniæ & comes de Andechs, eligitur anno 1177. Praefuit annis 15, obiit anno domini 1191 secunda Maij. Sub eius gubernatione Otho Episcopus octauus Canonisatus, & in Sanctorum numerum relatus est, anno domini 1179.

13. THIMO successit Popponi anno gratiæ 1191, praefuit decem annis, obiit Decima sexta Octobrium anni à nato Christo 1191, cum præcedente anno Canonisata esset S. Chunigundis à Papa Innocentio.

14. CONRADVS eligitur in Episcopum, anno domini 1191, obiit statim sequenti die, post electionem.

15. ECKENBERTVS alijs Erymbertus, Stephani Hungarorum regis frater: filius Bertholdi Meroniæ ducis, & dominæ Agnetis, quæ filia fuit Dedonis comitis in Rochlitz, & Marchionis Misniæ: eligitur in antistitem Bambergensem anno salutis 1103. Praefuit laudabiliter annis triginta duobus. Gessit bellum anno domini 1132, contra Bernhardum Charintiæ ducem: quius cum ditionem ferro & igne hostiliter & misericordie

time deuastaret, captus à ducis ministerialibus per totum tempus quadragesimale detentus, et postea certis pacis conditionibus, iterum dimissus est. Obiit anno domini 1235, quinta Iunij. Sub huius Episcopi gubernatione, trucidatus est Aldenburgi in Episcopali casiro Babenberensi ab Othono de Wittelsbach novo Bauarorum duce, optimus Imperator Philippus Friderici Barbarossæ filius, anno domini 1198: De qua crudelitate extat tale Distychon.

Anni milleni, bis quatuor atq; duceni  
Extant, quando pius Rex occidit ense Philippus.

Rationem huius cedis allegant hanc, Deditse Philip-  
pum fidem filiae Othonis Wittelsbacensis, sed eam po-  
stra fregisse, alia matrimonij legibus sibi coniuncta.

16. POPPO Meroniæ dux eligitur anno gratiæ 1235, præfuit annis septem. Exauthoratur anno 1242 ab Imp. Friderico II Siciliæ et Hierosolymarum Rege.

17. HENRICVS de Catalonia Imperatorius No-  
tarius, constituitur à Rom. Pont. Bambergensis Eccle-  
siæ antistes anno Domini 1242. Præfuit quindecim annis  
Obiit decima septima Decembrium anni à nato Chri-  
sto 1257 in Charintia, sepelitur ibi in Wolfsbergo  
Franciscanorum celebri cœnobio.

18. LEOPOLDVS comes à Leyningen eligitur  
anno Domini 1257. Scdit 18 annis. Obiit decima septima  
Maij, anno Christi 1285.

19. Arnol

## CATALOGVS EPISCOP.

19. ARNOLDVS comes à Solms, eligitur anno Christi 1185, præsidet annis decem, Obijt decima nona Iulij, anni à nato Christo 1295.

20. LEOPOLDVS comes à Grundlach, eligitur anno 1295: præfuit nouem annis. Desijt esse inter mortales uicesima secunda Augusti, anno domini 1304.

21. WULFINGVS constituitur in Episcopum anno domini 1305: nobilis Baro à Stubenberg, monachus Dominicaster. Præfuit quatuordecim annis. Sub eius gubernatione cœpit monialium cœnobium Babenbergerense ad Dominicum sepulchrū ordinis D. Dominici. Valedixit huic mortali uitæ & hominum in terris ambulantium consuetudini, anno 1319. Martij 14.

22. IOANNES eligitur Canonice in successorem Wulfigi, præsidet duobus saltem annis, euocatur ex hac ad aliam meliorem uitam, anno domini 1321.

23. HENRICVS eligitur anno 1322 ex Dominicastro monacho & decretorum eximio doctore in Episcopum Bambergensem. Præfuit octo annis, obijt anno 1329, decima quarta Aprilis.

24. VVERNTHO pincerna à Richenegk, eligitur anno domini 1329. Præsidet annis quatuor, obijt in ipsis Calendis Aprilibus, anni à nato Christo 1333.

25. LEOPOLDVS nobilis heros ab Egloffstein, designatur Episcopus Babenbergensis, anno domini 1333. Præfuit annis septem, obijt 10 Iulij, anno 1341. Sub hoc antistite inchoatum & fundatum est, Bambergæ anno

BAMBERGENSIVM.

47

anno domini 1348. Coenobium monialium ad S. Claram ab honestissima innocentissimaq; uitæ puella Cathari na à Zollern: eius gentis quam à Ticione uulgo uocant. Hec prima eius loci Abbatissa, sancta habetur.

26. FRIDERICVS comes de Alta flamma, uulgo Hohenlohe eligitur anno domini 1341, præfuit 8 annis & aliquot mensibus. Obiit uicesima prima Decembris, anno à nato Saluatorc 1351. Habuit germanum fratrem Albertum eodem tempore Episcopum Heripolensem.

27. LUDOVICVS nobilis Regulus à Bebenburg doctor pontificiarum legum, eligitur in Episcopum Babenbergensem, anno domini 1351. Præfuit 10 annis, obiit anno 1363.

28. FRIDERICVS Baro à Truchedingen, eligitur anno 1363, præfuit tribus tantum annis. Deceßit 19 Maij, anno redempti orbis 1366.

29. LUDOVICVS Marchio Misnensis & Landgrauius Thuringiae, Friderici Seueri Landgrauij filius ex Domina Mechtilde Imperatoris Ludouici Bauari filia natus: Canonice & legitime eligitur unanimi totius summi Canonicorum senatus consensu, anno Domini 1366. Præfuit fideliter & laudabiliter annis septem Constituitur anno Christi 1374 à Pontifice Maximo Gregorio undecimo, nō solum sine consensu, sed etiam contra uoluntatem & suffragia summi Canonicorum senatus Moguntini, Archiepiscopus Moguntinus

ii aducr

## CATALOGVS EPISCOP.

aduersus Canonice electum, Adolphum Anaxouidum. Sed non consequutus est gubernaculū, & possessionem tantæ dignitatis ac prouinciæ, et si auxilijs Imperatoris Caroli quarti nihil non tentarit. Interim ad Archiepiscopatus Magdenburgensis, & Ecclesiæ Halberstatensis gubernationem postulatus, à Rom. Pont. confirmatur. Præfuit utriq; Ecclesiæ per annum saltem unum. Obiit anno Domini 1376 in Kalbensi oppido Archiepiscopatus Magdenburgensis ad confluentes Sale & Albis maximorum omnium sito. Varia vero narrantur de ipsis obitu: quidam nuptijs interfuisse dicunt, & in Curia saltantem decidisse cum puella de loco sublimi per gradus, & eo casu post pauculos dies è uita emigrasse. Alij incendio perijisse affirmant. Sepelitur in Archiepiscopaljs Palatij facello, quod S. Gangolpho dedicatum, Intestinorum facellum uulgo uocant, cò quod ibi plerumq; Archiepiscoporum intestina sepeliri & condi soleant.

30. LAMBERTVS nobilis à Borne, Alsata: & wilhelmi equitis aurati filius, eximic doctus. Factus est ex Monacho Neowileriano Abbas Gengenbacensis, ex Abate Cancellarius aulæ Imperialis Carolinæ: cōsequutus est auxilijs Caroli IIII, cui longe erat charissimus, quicquid uoluit. Primum impetravit Episcopatum Brixensem, cui cum paucis annis præfuisset, & Ecclesiæ Spirensis Episcopus Gerardus anno 1363 humanis rebus exemptus esset. impetravit ei Carolus IIII

Imp.

Imp. à P.M. Urbano V. Spirensis etiam Episcopatus gubernaculum, contra Spirensis cleri suffragia. Præfuit Spiræ 9 annis laudabiliter, cuius Ecclesiæ omnium privilegiorum confirmationem obtinuit apud Imp. Carolum IIII. Accidit postea ut anno 1371 uacaret Argentinensis Episcopatus resignante eam gubernationem Episcopo Ioanne comite Lutzelburgio: ibi & hunc Episcopatum consequutus est per Carolum IIII. Resignans itaq; Spirensi gubernationem, Argentinā concessit anno 1372. Sed nec ibi diu mansit, cum eius loci clero sc̄nō adeo gratū esse intelligeret: nam animaduertens anno 1374 euacuatam esse Babenbergenis etiā Cathedræ sedem per resignationem Episcopi Ludouici eam quoq; ambiuit, & cum Caroli IIII tum pontificis patrocinio adiutus facilime obtinuit, valedicens igitur et Argentinensi Ecclesiæ Bambergam se contulit, ubi cum laudabiliter & summa fide & uirtute præfuisset annis 13, resignata Bambergensi etiam sede, anno Domini 1393 in Gegenbacense cœnobium Alsatiæ remigravit: ubi reliquum uitæ absoluit, & naturæ debitum persoluens honorifica sepultura donatus est. Iuuit Gerhardum Heripolensem antistite, & comitem Schwarzenburgensem & Winsheymum obsidione cingentem.

31. ALBERTVS comes à Wertheym, Ostrofrancus: eligitur anno Domini 1399, præfuit uiginti duabus annis. Obiit in Charintia anno Domini 1421.

32. FRIDERICVS nobilis heros ab Auffseß,  
II : Ostro

## CATALOGVS EPISCOP.

Ostrofrancus: eligitur in Episcopum Bambergensem,  
anno Domini 1411, præfuit prudenter ac utilissime annis  
nouendecim. Decessit ex hac lachrymarum ualle  
in Charintia, decima quinta Februarij, anno Christi  
1440. Habuit sororem Gertrudin de Auffseß eodem  
tempore Abbatissam monasterij ad S. Theodoram:  
quæ obiit anno Domini 1459.

33. ANTONIVS nobilis de Rotenhan, succedit  
Friderico legitime electus anno 1440. Præfuit annis no-  
uendecim. Emigravit ex hac mortali uita anno Domini  
nicæ Incarnationis 1459.

34. GEORGIVS comes à Schaumburg, designa-  
tur Episcopus à toto senatu Capitularium unanimi-  
ter consentiente anno Domini 1459. Præfuit annis se-  
decim. Obiit quarta Februarij, anno Dominicæ In-  
carnationis 1475.

35. PHILIPPVS illustris ac generosus comes ab  
Hennenberg, eligitur in Episcopum Babenbergensem  
anno Christianæ salutis 1475. Præfuit summa cum lau-  
de & uirtute annis duodecim, obiit uicesima sexta Fe-  
bruarij, anno Domini 1487, sepelitur in Cathedrali Ba-  
silica Bambergensi cum tali Epitaphio: quod mihi  
Sebastianus Glaserus Poëta insignis Hennenbergen-  
sium Principum Secretarius communicauit.

Præfulis eximij lapis hic tegit ossa Philippi,  
Quem Bamberga suo luxit ut orba patre:

Pru

BABENBERGENS IVM.

Prudens & iustus : constans fuit atq; seuerus  
Hennbergæ ex comitum stirpe creatus erat.  
Conspicuas struxit radiantes montibus arces  
Iudeos turpes expulit urbe procul.  
Qui coluit uiuus semper te uirgo Maria  
Hunc tua suscipiant numina sancta precor.

36. HENRICVS Gros à Drogkaw, nobilis Regulus in Ostrofrancis, eligitur in Episcopum Babenbergensem anno domini 1487. Præfuit quatuordecim annis, obiit uicesima septima Martij, Anno Incarnationis dominicæ 1501.

37. VITVS Dapifer à Pommersfelden, designatur Episcopus & gubernator Ecclesiæ Bambergensis anno domini 1501, præfuit duobus annis. Valedixit huic uite septima Septembrium, anni 1503.

38. GEORGIVS Marsallus ab Ebmut, eligitur anno domini 1503. Sedit ad clauum Episcopatus duobus saltet annis, obiit anno domini 1505, ultima Ianuarij.

39. GEORGIVS pincerna à Lymburg semper liber: succedit Georgio Marsallo legitime electus anno domini Millesimo quingentesimo quinto. Præfuit annis septendecim. Intervit anno Incarnati filij Dei, 1518 Comitijs Augustanis à Diuo Maximiliano habitis: obiit ultima Maij, anni à nato Christo Dei filio 1522.

40. VVIGANDVS nobilis heros à Redowitz,

I i iij in

C A T A L O . E P I S C O . B A B E N .

in Ostro francis, qui in ipso iuuenilium suorum anno-  
rum flore Religionis ergò, ad terram sanctam peregri-  
natus:

Multorum mores, multorum uidit & urbes:

Eligitur unanimi consensu tocius summi Canonico-  
rum senatus, in antistitem ac gubernatorem Bambe-  
rgensem, anno domini 1522. Obsidetur anno domini 1525  
in incomparabili illa Rusticorum Germaniae seditione  
à suis: Sed Dei opt. max. beneficio ac Suevici fœ-  
deris robore ac fortitudine magnanimititer defenditur  
ac liberatur. Est princeps mitis, clemens, benignus, ac  
pacis studiosissimus: suis omnibus charus. Interfuit om-  
nibus ferè Comitijs, à Diuo Carolo V. Imperatore ac  
Ferdinando Rege, hinc inde per Germanias celebratis.  
Congregauit Diocesanam synodum anno 1548. re-  
formandi sui cleri ergò. Præst adhuc fideliter ac fœli-  
citer hoc anno domini 1549.

Det tibi perpetuos cœlestis Iupiter ammos

Præsul olympiaco digne sodalitio.

O patrij & wigande soli clarissima fama

Nobilis ô gentis gloria lausq; tuæ

Te nusquam non Angelici pia concio cœtus

Protegat, illustret, contucatur, amet.

BRVSCHIVS

F I N I S .

Noribergæ apud Io. Montan. & Ulricū Neuberum.